3468 *nella chiesa di S. Silvestro di Castelnuovo* GVALT. GAND. In museo Aquilano LVP. DRESSEL.

C · FVRVIO · AL

Recognovit Dressel. Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 72; Gandelli n. 62; Lupacchini cod. Neap. f. 15.

3469 litteris bonis. Bominaci in aede S. Mariae Adsumptae sub campanis.

HESPERO
*d*OMITIAE · DMITIAN
SER
*pe*CVLIARIS ❦ ET
*l*VCIFER PATRI PIIS
*sim*O ET SANTVCLI

Recognovit Dressel. Leosinius misit Instituto a. 1854.

3470 [= 6005] Fagnani in gradu altaris ecclesiae S. Petri.

IONIAE · II
IERTIAI
HILARIOI ·
TVCHTI

Lupacchini cod. Neap. f. 53 et apud Antinorium ms.

3471 [= 6053] Navellis in S. Angeli ecclesia ACC. Ea iam periit DRESSEL.

IVCVNDO · CAE
SLENAE · VESTI 'sic' Acc.
NAE · SERVO
CAESIENA
PRIMIGENIA
CONIVGI · BE
NEMERENTI
ET P SIBI

Accursius n. 22 (inde Mur. 1353, 12 e sched. suis).

3472 [= 6054] in S. Mariae de Ponte in turri S. Mariae. Frustra quaesivit DRESSEL.

D · M · S
IVSTINVS · QVAR
TAE · CONIVGI · SIAE · CA 'sic' Acc.
RISSIMAE · BENEME
. . . .
. . . .
ONE · NEPOTI
Q · VIXIT · AN · XXI
M · IIII · D · VII

Accursius n. 43 (inde male Mur. 1363, 11 e sched. suis).

3473 [= 6058] litteris aevi sequioris. Antea in castello Fontecchi XII m. p. ab Aquila GVALT. ANT. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES.

corona
D · M · S
MAXIMVS ET LASCIVS
DVO FRATRES CONVE
NIENTES IN VNO · HVNC
TITVLVM NOBIS POSV
IMVS VIVIS · VT POSSE ·
MVS AT SVPEROS · SECV
RIVS VITAM BONAM GER sic
RE QVA FINI · FATA VOLE
BANT QVI QVA VITA VI
XIMVS VNA NVMQVAM
INTER NOS · FECIMVS · VER
BVM AMARVM · VOLVP
TATES SECVTI SIMVS sic
OMNES · VITAE NOSTRE sic
A NOBIS NVMQVAM QVIT
QVAM NEGATVM EST · I
*t*A TV QVI LEGIS BONA ·
VITA VIVE SODALIS ·
QVARE POST OBITVM ·
*n*EC RISVS · NEC · LVSVS ·
*n*EC VLLA VOLVPTAS
ERIT · HAVE · M · AXIMA E
MENTEN · HABAE · QVOD LEGERIS QVARE · VITA Phaedr. 3 epil. 10
MORTI PROPIOR · FIT · COT · TI · DI · AE · VALE

Descripsi ego, recognovit et emendavit Dressel. Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 62; Antinorius in epistula ad Amadutium data 24 Mart. 1766 (quam inveni Savignani in bibliotheca) et inde Nov. Florent. 1766 p. 362 (ex iis Donat. 464, 8); Lupacchini cod. Neap. f. 20; Garrucci *myst. du syncrétisme phrygien* apud Cahier et Martin *mélanges d'archéologie* 4 (1856) p. 18.

D(is) M(anibus) s(acrum). Maximus et Lasciv(u)s duo fratres convenientes in uno hunc titulum nobis posuimus vivis, ut possemus at superos securius vitam bonam ger[e]re, qua fini fata volebant. Qui qua vita viximus una, numquam inter nos fecimus verbum amarum. Voluptates secuti simus [= sumus] *omnes; vitae nostre a nobis numquam quitquam negatum est. I[t]a tu qui legis bona vita vive, sodalis.* '*Quare?*' *Post obitum [n]ec risus nec lusus [n]ec ulla voluptas erit.* '*Have, Maximae* [= *Maxime*]'. *Menten habae* [=*in mente habe*] *quod legeris.* '*Quare?*' *Vita morti propior fit cottidiae.* '*Vale*'. Buechelerus spic. anth. Lat. II ad n. 88 ad extrema haec adnotat: 'addita syllaba senarius fit ex sententia in quam desinit titulus: [*nam*] *vita morti propior fit cottidiae*; ut Seneca ait epist. 120, 17: *nam quotidie viximus*'. Postea in litteris ad me datis idem vir doctus addidit haec: 'insciens restitui eam ipsam particulam, quam Phaedrus in fine libri III ei versiculo praeposuit: nam Phaedri versus est in illo epilogo decimus Phaedroque hinc reddendum *fit* pro *est*. Docemur igitur insigni hoc exemplo, quo iure Phaedrus glorietur IV prol. 18: *mihi parta laus est, quod tu, quod similes tui vestras in chartas verba transfertis mea.*'

3474 [= 6059] ad S. Mariae del Ponte ad Aternum in turri ecclesiae parochialis.

D ❦ *M*
MAXIMO · ET
PRIMILLE
MAXIMO · F*IL*o
QVARTVS · *ET*
MONTAN*A* · *ET*
*P*ELORIS ❦

Recognovit Dressel; ex parte deleta est a manu recenti. Pleniorem vidit Accursius n. 44 (inde Mur. 1190, 1 ex schedis suis); ut nunc est Gualtierius cod. Vat. 9144 f. 90' et Antinorius ms. et in epistula ad Amadutium data 24 Mart. 1766 (inde Nov. Flor. 1766 p. 517).

1, 4 fin., 5 fin., 6 fin., 7 in. quae servavit elementa Accursius, distinxi inclinatione. — 3 fin. videtur deesse ET.

3475 [= 5977] S. Nicandro in ecclesia parochiali GAND. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES, sed hodie imminuta.

NERAEI*DI*
V · A · X*V*
VETTIEDIA P*RIM*

Descripsi ego, recognoverunt Nissen et Dressel. Gandelli n. 10; Lupacchini cod. Neap. f. 18 et apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 29'.

Quae hodie desunt, inclinavi. — 1 sic Gand., NEREIDI Lup., NERAEI (sic Nissen, NERAE·L Dressel) hodie. — 3 PRIM Lup., BENA Gand., hodie superest PI